



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ludouicus de Alabes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Tum securi scæuens in eum
Cilicium. quispiam, illum à tergo à
 vertice ad imum vsque diui-
 sit. In femore inuentum ci-
 licium quod profundè in
 carnem penetrârat.

P. Bernardus de Cisneros.

Hispanus.
ibid.
18. Nou.
1616.
etat. 34.
Soc. 17.

Anno 1605. in nouam Hi-
 spaniam nauigauit: vbi la-
 bores, verbera, vulnera plu-
 ra perpeffus est, ob idolum
 euerfum. Indus quidam il-
 lum tribus plagis pectori in-
 fictis prostrauit: sed Bernar-
 dus curatus est; nec auto-
 rem prodidit. Postea lau-
 ceâ confixus, extremum
 in capite vulnus accepit, &
 obiit.

Fides.

P. Ludonicus de Alabes.

Indus.
ibid.
18. Nou.
1616.
et. 27.
Soc. 9.

Claro in noua Hispania
 genere orti Ludouici nomē
 cū in album baptizatorum
 referret Parochus è S. Do-
 mi-

minici familia religiosus ,
 quadam præclaræ illius mor-
 tis vaticinatione, solius illius
 nomen, præter morem, gran-
 di & rubro charactere in li-
 brum retulit. Putatur bap-
 tismalis, quam vocamus, gra-
 tiæ iacturam fecisse nunquã
 per aliquam grauem noxam.
 Perspicax conscientię suę cu-
 stos, in illa, velut in radio,
 etiam atomos peruidebat.
 Modestus illi vultus, & ocu-
 li sæpenumero in cælum
 sublatis, cum eas preces vi-
 braret voce vel suspirio,
 quas iaculatorias appella-
 mus. Ad mortem cruentam
 se multâ sui afflictatione pa-
 rabat, frequenter tres qua-
 tuorue horas orasse ani-
 maduersus, & Beatissimæ
 Christi Matris omni studio
 colendæ perstudiosus: à qua
 etiam

*Innocens.**Oculi.**Oratio.**Cælum.**B.F.*

etiam certior factus est, fore
 ut in odium fidei caderetur
 die quoque numinatim præ-
 stituto quo id futurum esset.
 Aiunt illam ter ei locutam.
 Et verò coram B. V. imagi-
 ne orantem vidit quispiam,
 vocemque humanâ longè
 augustiorem audiuit quæ illi
 mortem illam gloriosam
 promittebat; Ludouico gra-
 tias impensè agente, ac an-
 nuente. In sacro auditus est
 dicere: Itane, Domine, ta-
 li morte cademus? Et om-
 nes? Fiat voluntas tua. Vn-
 de & F. Sebastiano Monta-
 no Ord. Præd. disertè præ-
 dixit fore ut vterque in fidei
 odium trucidetur. id quod
 euenit.

*Mors.**Sacrum.*

Hispanus.
in vico
S. Ignatij.
18. Nou.
1616.
ætat. 40.
Soc. 15.

P. Ioannes de Valle.

Indos industriâ continua-
 tâ mirum in modum iuuabat

ex-

ex
 ba
 ip
 re
 ta
 ni
 pe
 lu
 ue
 hu
 la
 ca
 di
 cel
 cre
 vt
 vfo
 lec
 ve
 sta
 à P
 cu
 co
 à b